Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

mentum notabile inter partes stabiliter ponentur. Super premissis de
bent merito prognostica sumi testatum quod idem Reverendissimus
pater dominus Johannes et altitudine vestra cui hunc presentem instantissime
commendamus habundus meritis. Insuper meo breviter omnia ge
nera meritorum. Datum etc.

Dno pape. cclxii Sanctissime pater etc. Retulit michi egregius utriusque iuris
doctor dominus Joseph de Testis qui huius fuit ad vestram Sanctitatem
civitatis orator quod beatitudinem vestram me devotissime commendaverit
et eandem de me et statu dulcissime postulasse ex quo licet
sanctitudinem huiusmodi animam domini quod me et illos de genere meo
apostolica maiestas vestra speciali amore prosequitur ad gratiarum actiones
cum debita mei commissione assurgo humiliter et devote supplicans
eidem quatenus in promotione domini Baptiste filii egregii viri Bo
nifacii de Gozadinis Canonici Bonon. et paduan. Jacobum
filium meum ad ipsos canonicatus promovere dignetur. Tanta hoc
habebo in gratiam singularissimam et ipsum filium in artibus studen
tem ad maiorem gradum virtutum producere studebo atque
conabor etc.

Cardinali cclxiii Reverendissime pater et domine ac amice in Christo precarissime. Oratore
egregii et venerabilis decretorum doctoris domini Jacobi
de Carpino ambassiatoris vestri apte notavimus quod[illegible] arte et cir
mitimus pecordiorum virorum civitatem nostram diligitis et amatis
et publicationes nobis v. R. p. per litteras quas ut devotissimi
eius servitores et amici duximus acceptandas amorem quem
nobis cognovimus evident ex quibus oblationibus gaudeo
et vestre intentionis et perfectissime caritatis demonstratione Be
nignitati vestre in qua tamquam in protectore nostro Communis funda
te nostre spes sunt et merito bone antiquitatis sanctissime
memorie olim domini Bonifacii esse debent ad gratiarum amplissi
mas assurgimus actiones deprecantes eandem quatenus Civitatem
nostram et Cives tanto prosequi dignetur amore et stabilita
te dilectionis quod ad eandem in omnibus spatium valeamus habere
recursum. Ceterum autem nostri dicto domino Jacobo oblationem omnem
fecimus notitiam de qua et bona voluntate nostra donationem
vestram poterit informare quam infelici statu consumet Rex pacifi
cus eximus de quo gaudeam et vestre sospitate persone nos promp
tos et paratos ad omnia vota vestra vestris velitis sepe litteris edocere
et occurrentia nova communicare nobiscum. Datum etc.

69v